

160 Feria II. inf. Domin. I. Quadrag.

aborsum procurantes, & alios peccatores acriter inuehitur, & recte communicandi modum tradit, virtutesque commendat. Tom. 5. serm. 33. col. 45. & sequentibus.

* S. ANTONII DE PADVA sermo excellens & methodicus, quatuor ad iudicium pertinentia complectens: Primo: Convocat omnes homines, ad iudicium, & incutit timorem, ad aspectum plenitudinis imperij, & dominij filii hominis, & maiestatis eiusdem sedentis, in solio excelso, & eleuato: Deinde pulchritudinem consortij, sc. Angelorum; altitudinem triclinij, sedebit enim in electis; multitudinem congregatorum & citatorum ob oculos ponit; Tandem quindecim signa in Hebraeorum annalibus à S. Hieronymo reperta, ad timorem & reuerentiam, commemorat. Secundo: Situationem reproborum & electorum, ad sinistram & dexteram Dei, considerat. Tertio: Manifestat eorumdem opera, asserens lucem illam infinitam, ex suo splendore manifestaturam, quicquid vñquam fuerit in cordibus, siue bonum siue malum; hoc fier ad iustorum consolationem, & supplicium malorum: Quarto retributionem attentissimam inuenitur, & triplici ex causa bonorum sententiam processuram iudicat; quam immediate sequetur reproborum damnatio, qui amare repudiati, ad protensonum exilium, horrendum consortium, inquietum hospitium, destinabuntur. *apud pag. 146. ad pag. 151.*

S. AVGUSTINI sermo de extremo iudicio cogitando. Imprimis se excusat quod tam a fiducie, & tam frequenter tremendum & expauescendum diem iudicij suis auditoribus insinuare contenderet, ostendens concessionatum tam pro sua quam pro aliorum salute dura & terribilia prædicare debere, & medicorum instar pro salute animalium potiones amarissimas ægrotis propinare: Exinde ad uniuersalis iudicij narrationem descendit, & qualiter Christus Index viuorum & mortuorum constitutus reprobis exprobrabit ingratitudinem beneficia ipsius miseri-

corditer collata commemorando. Donecque ad penitentiam ante iudicium peragendam hortatur; quatenus haec tam dura, & tam terribilia ante tribunal æterni iudicis audire non mereamur. Tom. 10. ser. 67 de temp. fol. 159. 160.

S. BASILII MAGNI oratio de futuro iudicio, in qua iudicij recordatione, quasi fræno quoipiam animam à malo coercere conatur. Multus est autem in descriptione iudicij extremi, reproborum horrendæ damnationis, ac præsertim confusionis æternae, tenebris igneque infernali horribilioris, & à Deo ipso auersionis ac ab alienationis planè intolerabilis; Insuper argumento efficaciœnrum inferni æternitatem, & differentiam comprobat, ac tandem ad iudicium futurum recolendum, penitentiæque incumbendum excitat fideles *Apud S. Ephram. Tom. 1. pag. 242. & sequentibus.*

* Habetur & in Append. ad opera D. Basili Marni Cont. 14. a pag. 117. ad 122. Edīt. Paris. an. 1618. verum conc. istæ non sunt D. Basilii, sed ex eo diversis locis collectæ.

* S. BERNARDINI SENENSIS de iudicio ultimo, sermo. Primo: Triæ sunt peccata propter quæ contrà rationalem creaturam irascitur Deus; superbia, qua offendit Deus per spiritum; luxuria, per corpus; avaritia, per temporalem substantiam; contra quæ sunt iudicia tria generalia, 1. factum est contra Angelos rebelles: 2. contra homines carnales per diluvium; 3. futurum est contra avatos, per ignem. Secundo: Iræ Dei iudicantis nemo poterit resistere, quia iudicabit cum infinita potentia; sapientia infinita, secura & infinita iustitia. Tertio: Incutient timorem hominibus; 1. maiestas triumphalis iudicantis, siue triumphalis aduentus, & processus; ibi enim erit incertitudo iudicij, plenitudo imperij, cessitudo fastigij, pulchritudo consortij, magnitudo triumphi, multitudo collegij, dissimilitudo meriti, aptitudo loci: 2. æquitas iustitiae, in quâ duplex retributio 1. est iustorum, qui ad gloriam invitabuntur per hæc verba, *Venite benedicti Patris mei, &c. & per eam glo-*